



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Concilivm Africanvm VII. Svb Innocentio Anno Christi 409. habitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

100 INNOCENTIVS CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMPP.
P. I.

ANNO
CHRISTI
409.

CONCILIVM AFRICANVM VII.
SVB INNOCENTIO

Anno Christi 409. habitum.

EXTAT infra in Concilio Africano: Incipit sic: *Gloriosissimis.*
Quid in eo gestum sit, aliter quam ibi, non constat.

CONCILIVM AFRICANVM VIII.
CARTHAGINE

SVB INNOCENTIO

Habitum anno Christi 410.

EXTAT Graece & Latine infra in Concilio Africano: Incipit sic: *Anno*
Post consulatum glorioſimorum imperatorum, &c. CHRISTI
410.

N O T A E.

Causam
Concilii
praeberunt
tyrannis
Attali &
rescriptum
Honori.

Acta Con-
ciliū.

^a *Concilium*] Cum Attalus tyrannus inuasisset imperium, & iam Africam esset tentaturus, accidit anno Christi 410. Innocentii pontificis nono, vt Heracliani in Africa comitis, vel Macrobii in ea proconsulis consilio, leges aduersus Donatistas datae filerent: etenim vniuersa Africana prouincia in discrimine posita videbatur; si tot legibus exagitati & exasperati Donatistæ pro partibus Attali dimicarent. Quamobrem elicitum fuit ab Honorio imperatore rescriptum, quo iidem finerentur eam quam vellent religionem amplecti: sive res transacta fuit. Cum autem Attalo exauctorato, periculum illud cessasset, episcopi Africani, quod viderent Honori rescriptum in magnum Christianæ religionis dispendum vergere, collecto Carthagine episcoporum conuentu, vna omnium sententia decreuerunt, mittendam esse ad imperatorem Honoriū legationem, quam quatuor episcopi ad hoc munus electi ornarent, rogarrentque imperatorem, vt edictum pro Donatistis latum reuocaret. Et hoc est quod in huius Synodi præfatione sic habetur: *Lex data est ut libero cultu quis Christianitatem acciperet.* Hæc ex præscripto Honoriū imperatoris, quod extat lib. 51. de hær. cod. Theod. manifeste colliguntur. Verba enim rescripti sic se habent: *Oraculo penitus remoto, quo ad ritus suos heretici superstitiones obrepserant: sciant omnes sanctæ legis inimici, plectendos se pœna proscriptionis & sanguinis, si ultra conuenire per publicum execranda sceleris sui temeritate tentauerint.* Datum 8. Kalendas Septembris Varane U. C. consule. Vnde patet, hac lege irritari præcedens edictum, quo hæreses legibus ante